

peregrinum ē opus eius ab eo. Quia incarnatꝰ dꝰ. ut nos ad suam iusticiam colligeret dignatꝰ ꝓ nob̄ ē tamquā peccator homo uapulare. Et alienum opus fecit. ut faceret ꝓpriū. quia ꝑ hoc qđ infirmans. mala nr̄a sustinuit. nos qui creatura illius sumꝰ ad fortitudinis suę glām ꝑduxit. in qua uiuit ⁊ regnat cū patre in unitate spꝰ scī dꝰ. ꝑ omā scla sclorū. am̄.

Explicit omelia xv. Incipit xvi.

Memoratis superius thalamis. ꝓpha subiungit quia thalami vi cubitorū erant hinc ⁊ inde. Qua in re magna nobis questio generatur. cur superius thalamū uno cubito mensuratū dix̄. Quē uidelicet calamū vi cubitos ⁊ palmū habere ꝑhibuit. atq; inferius thalamos vi solūmodo dicit cubitis mensurari. Si enim n̄ calamo. s; vi cubitis mensurantur. palmus deest. qui superius in mensura calami dicebatur ēē. S; si thalami sunt sensus atq; cogitationes fideliū. in quib; castę animę c̄ditori suo in amore iunguntur. ⁊ ꝑ vi cubitos ꝑfecta oꝑatio. ꝑ palmū uero inchoatio c̄templationis exprimitur. scē uniuersalis ecclę debemꝰ membra c̄spicere. ⁊ citiuꝰ inuenimꝰ. quia sūt in ea thalami uno cubito (calamo) ⁊ sūt alii vi tantūmodo cubitis mensurati. Nā fideles quidam in illa omp̄tem dm̄ ita amant ut et in opere ꝑfecti sint. ⁊ in c̄templatione suspensi. Hi ꝓfecto calamū in m̄sura habent. q̄a ⁊ vi cubitos oꝑationis. ⁊ palmū contēplationis possident. Quidā uero omp̄tem quidē dm̄ diligunt. et ꝑfecte in bonis oꝑib; exercentur. s; tam̄ contēplari eius magnitudinē subtiliori intellectu nesciunt. Amant aut̄ s; inuestigare gaudia eius claritatis ignorant. Hi itaq; sex cubitos habent. et palmū n̄ habent. quia ei iā ꝑ amorē iuncti sunt. s; ex c̄templatione disiuncti. Qui tam̄ thalami post cōmemorationē cubiti unius. hinc ⁊ inde ēē referuntur. quia uidelicet in amore auctoris ac redēptoris nr̄i fideles animę ⁊ ex iudaico plō. ⁊ ex gentilitate c̄uenerūt. Vnde

Questio.

Sol.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
STAATSBIBLIOTHEK BAMBERG
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Staatsbibliothek Bamberg
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/sbbam_mscpatr69/0280